

dabile portamentum eius in guerris laboribus et seruicijs communis Veneciarum
 75 et specialiter in tempore rebellionis Crete sunt ita manifesta quod non expedit
 cum uerbis superfluis fatigare ducale dominium. Et propterea supplicatum fuerit
 ex parte sua quod consideratis predictis et maximis damnis receptis per eum ut
 omnibus notum est, dignetur dominatio nostra eidem graciose concedere quod
 possit in insula Crete emere et acquirere usque quinque kauallarias, ut melius
 80 poterit, subiacendo oneribus et factionibus solitis, non possendo ipsas emere in
 districtu Rethimi. Cui petitioni respondent ser Petrus Mozenigo et ser Donatus
 Truno olim duche Crete quod dictus ser Mapheus Kalergi est fidelis et bonus
 homo et meruit gratiam et quod putant esse bonum quod fiat sibi gratia de illa
 quantitate que uidebitur ducali dominio, emendo ipsas kauallarias in districto
 85 supposito regimini Candide et infra duas scalas et non possendo ipsas emere in
 districtu Rethimi; uadit pars consideratis predictis quod fiat gratia et concedatur
 dicto ser Mapheo Kalergi quod possit emere quinque caualarias sicut consulunt
 nobiles predicti. Et si consilium etc.

7. Capta. Quod die Ueneris proximi post nonam uocetur istud consilium ad
 90 petitionem aduocatorum communis pro dando expeditionem ser Simoni Dalmario
 ituro in proximum rectori Canee sub pena librarum trium et aduocatores exigant
 92 habendo partem ut de alijs sui officij.

15

Παρέχεται ἡ ἄδεια εἰς τοὺς ἐκ Τενέδου Ἰωάννην Παύλου καὶ Θεόδωρον Ἀμάραντον νὰ κατοικήσωσιν
 ἐλευθέρως καὶ κατὰ βούλησιν ὅθεν δῆποτε. 1385, Ἰουλίου 7.

F^o I I O^{to} Millesimo trecentesimo LXXXV, die VII Julij.

Capta. Quod scribatur regimini nostro Crete quod uisis litteris suis; super
 facto Johannis Pauli et Theodori Amarando, fidelissimorum nostrorum de The-
 nedo sumus contenti cum nostris consilijs minori, Rogatorum, XL et addicionis
 5 quod Johannes Paulo et Theodorus Amarando sint in sua libertate eundi, standi
 et redeundi quo uoluerint ad suum beneplacitum.

16

Ἐπειδὴ ἡ στρατολογία τοῦ κατέργου ἐν Εὐβοίᾳ καθίσταται ἐπαχθής, αὕτη θὰ ἐνεργῇται ἐν Κρήτῃ.
 Ἡ προκαταβολὴ μισθῶν τῶν πληρωμάτων τούτων δύο μηνῶν καὶ ἡμίσεως καταβληθήσεται ὑπὸ
 τοῦ ταμείου Κρήτης. Ἡ θητεία καθορίζεται πεντάμηνος, πλὴν ἐὰν ἡ διοίκησις Εὐβοίας, λόγῳ
 ἀνάγκης ἤθελε παρατείνῃ ταύτην. Ὑποδεικνύεται ὁ τρόπος ἀνόδου εἰς Εὐβοίαν καὶ ἐπανόδου εἰς
 Κρήτην τῶν πληρωμάτων. Σύγκρισις δαπάνης στρατολογίας πληρωμάτων ἐν Εὐβοίᾳ καὶ ἐν
 Κρήτῃ. 1385, Ἰουλίου 7.

F^o I I I^{te} Millesimo trecentesimo LXXXV, die VII Julij.

Cum armamentum galee Nigropontis tenendo modum solitum scilicet acci-